



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. IV. Explicatur celebris & perantiqua distinctio sensûs compositi &
divisi,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

Consequens. Potest vinci ab agente virtutis insuffante, id est potest efficaciter determinari ad actionem, concedo Consequentiam. Potest vinci, id est necessitari, recte judicio indifferenti, nego Consequentiam. Quia eti⁹ infinita efficacia omnipotentia divina, perat taliter dominari voluntate creatæ, ut illam quocunq; voluerit esse posse: juxta illud Proverb. 21. *Sicut diligentes aquarum, ita et Regis in manu Domini, quoque solerit venter illud: non tamen petit, quod illam posuit necessitate, medio judicio indifferenti; quia, ut supra dicebamus, in hoc modo necessitati contradic̄tio involvitur.*

Ad quarum dicatur, voluntatem posse necessitari Deo, mediante judicio necessario, & non aliter: quo pacto beati necessitatur in panitia amorem beatificum, & homines in via ad amorem beatitudinis in communione; ad quam necessitatem, non solum objectum, sed etiam divina omnipotencia concurrit: unde concessa Majori, neganda est sequela Minoris.

Ad quintū nego etiam sequelam Majoris, ad cuius probacionem dicendū est; non solum conaturalis esse voluntati creatæ ferri necessariū in objectam, et ab ali⁹ indifferentia propositum, sed etiam illam petere connaturaliter, ut objectum quod non est summum bonum, nec cum illo connexum, indifferenti⁹ judicio ei proponatur. Unde si Deus aliquod objectum creatūe in indifferenti⁹ judicio ei proponeret, illam non moveret eo modo quo connaturaliter petit, eamq; à suo connaturali modo operandi extraheret.

Dices, Repugnat quod Deus proponat voluntati aliquod objectum creatūe, putā divinis, ali⁹; indifferenti⁹ judicio rationis; quia non potest hoc modo tale objectum voluntati ponere, nisi causet in intellectu⁹ iudiciū aliquod, quo iudicet divitias esse summum bonū, vel cum illo necessariū connexum: Sed hoc iudicium Deus non potest in intellectu⁹ causare; alioquin similidū sit falso & erroneum, Deus esset causa falsitatis & erroris: Ergo &c.

Respondeo negando Antecedens, ad cuius probacionem dicendum est, quod ut Deus aliquod bonum creatūe, v.g. divitias, absq; indifferenti⁹ judicio rationis proponat, necessariū non est iudicium erroneous, quo intellectus iudicet illas esse summum bonum, vel necessariū cum summa bonitate connexum, sed sufficit illas cognoscere ut bona, cognitione imperfecta, non cognoscendo bonitatem quæ in illarū carentia potest inveniri, nec limitationē bonitatis carum: hanc autem cognitionem potest Deus in intellectu⁹ causare, quia in illa non repertur error aut falsitas, sicut in iudicio quo divitias esse summum bonum judicaret.

ARTICULUS IV.

Explicatur celebris & perantiqua distinctione sensus compositi & divisii.

D Upliciter intelligi potest sensus compositus & divisus. Primus sensus qui videtur aperitor, est hereticus, & est Lutheri, Calvini, & aliorum hæretorum hujus temporis, qui dicunt sensum compositum esse, quando mortis divina & gratia efficax cum ipsa voluntate conjugantur & componuntur: divisus vero, quando ab illa dividitur & separatur. Ita colligitur ex Calvinō in Tom. II.

A Antidoto super can. 4. sextæ sessio nis, ubi ait: *Dissentiet quidem à Deo hominis voluntas, quandiu erit contraria. Verum si in obedientiam composita fuerit, jam sublatum est dissentendi periculum.* A pertius hunc sensum declarat Vincentius Lenis, Theologus Araucanus, in Epistola prodoma ad Petavium pag. 22. ubi hanc propositionem: *Voluntas prædeterminata potest dissentire, ipse sic explicat, ut voluntas dissentire possit, excusat (inquit) prædeterminatione, non retenta.* Hic sensus procul dubio hæreticus est, ex illo enim sequitur manifesta libertatis destructio, ut constabit ex infra dicendis.

B Hanc tamen pravam & pervergam sensus compositi & divisii intelligentiam, communiter attribuunt Thomistis defensores scientiæ medie. Suarez libro 1. de concursu Dei cap. 10. num. 5. ubi ait: *Posse voluntatem motioni divina non consentire in sensu composito: id est EXISTENTE DEI MOTIONE.* Et libro 3. cap. 9. num. 4. *At fortasse dicent (inquit) potentiam physicę prædeterminatam ad consentiendum, id est posse dissentire, quia potest carere excitatione determinante ipsam, & tunc non consentiet. Ita enim in re ipsa respondent, qui ajunt, cum Concilium docet posse dissentire, intelligentem esse in sensu divisio.* Item in tomo de auxilijs Lugduni recente impresso, libro 5. cap. 18. num. 9. sic habet: *Potentia in sensu divisio, non est potentia propriè activa, sed magis passiva, quatenus potest auferre illam prædeterminationem, & relinquere voluntatem in sua naturali potestate.*

Idem docet Lesius in opusculo de gratia effectu cap. 3. num. 19. ubi volens impugnare sensum compositum & divisum Thomistarum; sic ait: *Sensus compositus nihil est aliud, quam si decreatum divinum & motio divina componatur cum voluntate: id est, SI VOLUNTATI ADSIT: Et sensus divisus, SI ABSIT, ET TOLLATUR: At quid mirum, si motione illâ sublatâ, voluntas posset non velle?*

In eodem errore & hallucinatione versatur Molina 1. p. quæst. 14. art. 13. disput. 18. num. 2. ubi loquens de sensu composito & diviso Thomistarum, sic ait: *In re proposita non aliter intelligere possunt (Thomistæ) sensum divisum, quam quod si Deus ex eternitate non statuisset mouere arbitrium concursu ex se efficaci, & in tempore quando actus elicitor, non moveretur illud eodem efficaci concursu, posset tunc non elicere cum actu.* Ex quibus locis liquet, illos Authores manifeste imponere Thomistis, compositionem solius prædeterminationis cum voluntate; facere sensum compositum, & ablationem seu divisionem ejusdem prædeterminationis ab illa, facere sensum divisum: quod tamen ipsi, ut infra ostendemus, constantissime negant, & tanquam Calvinianum dogma rejiciunt.

Eundem sensum falso attribuit Alvari Aegidius Coninck disp. 2. dubio 3. & Meratius in tract. de gratia disp. 6. lect. 1. Bañezio & Zumel: imo & Vazquez ceteris audacior, illum impunit D. Thome. Nam 1. p. quæst. 14. art. 13. disp. 6. cap. 3. sic habet: *Si respondetas (inquit) cum Thoma hic ad 3. consequens esse necessarium ex suppositione quod Deus scierit, & ut auctor in scholis, in sensu composito, non tamquam absolute & ex se, non supposita scientia Dei, quod vocant in sensu diviso.* Ubi manifeste affingit D. Thome pervergam illam sensus compositi & divisii intelligentiam, addendo illa verba: *Non supposita scientia Dei:*

Dei: & ex *suppositione scientia Dei.* Quasi D. Thomas vellet præsupposita scientia Dei, res e-
venire necessario, & cum sublata, libere & contin-
genter.

55. Horum vestigiis inhærens Petrus à sancto Joseph, in eundem scopulum impegit, & sensum compositum & divisum eodem modo exposuit & intellexit, in opusculo quod defensionem D. Thomæ inscribit. Ibidem enim in prefatione, observatione 4. pag. 5. sichabet: Observandum quartū: quando inquirimus an voluntas nostra à Deo ita moveatur, ut posita ejusmodi motione, illa non possit non operari, non considerare voluntatem nostram, formaliter ut substantem motioni divinæ, seu ut facientem sensum compositum cum illa. Si enim voluntas re ipsa subsans motionis divinae, spectetur præcisè ut est potentia quedam libera, & ut mens repræcisa ab ejusmodi motione, nemo dubitat quin ea ut sic, in sensu diviso, possit non edere actum ad quem moveretur, & flecti ad oppositum. Sicut dubium non est, quin sur posse fugere, & saluti sua consulere, si concipiatur ut divisus à catenis quibus constrictus est. Et disp. 1. sect. 4. pag. 8. 7. Nec (inquit) hic locum habere potest vulgaris illa evasio de composito & diviso. Nam valeridiculum est dicere eum qui absolutè non potest, vel præmotuē tollere, vel effectum illius impedire, agere tamen liberè, quia in sensu diviso, seu ut à tali motione præcisis, potest non agere. Sic enim dicendum esset, neque nos necessariò velle beatitudinem, quia si concipiatur ut divisus ab eo instinctu quo naturaliter eam optamus, sic possumus eam non velle. Etsi militer qui à se calidum amovere non potest, non calefit necessariò, sed liberè; quia si concipiatur ut divisus à corpore calido, non calefiet, imd nec calescere poterit. Deniq; toto illo opusculo hanc spuriā & illegitimatim, imd & erroneam, sensus compositi & divisii intelligentiam, pasim Thomistis attribuit, à qua ramen penitus illi abhorrent, ut constabit referendo expressa illorum testimonia.

56. Primus sese offert Bannez, quem aliqui parvum in antiquorum libris versati, primum præmotionum auctorem asserunt. Hic ergo i. p. quest. 14. art. 13. dubio ultimo, his verbis præfatam distinctionem explicat. Necesitas in sensu composito non est accipienda in illo sensu quod stante scientiâ Dei de Antichristo futuro, nulla maneat contingentia in causis quæ producturæ sunt Antichristum, sed sit totaliter determinata ab ipsa scientiâ Dei, ut necessario producant Antichristum in tempore à Deo disposito: HIC ENIM SENSUS EST FALSISSIMUS ET CONTRA FIDEM, Vide quomodo loquatur de illo sensu composito, quem Adversarij ipsi & aliis Thomistis attribuunt.

57. Secundo loco occurrit Alvarez gratiæ efficacis, & physica prædeterminationis propugnator acerrimus, qui variis in locis ita clarae circa hoc mentem suam aperuit, ut mirum sit quod Ägidius Coninck, & alij ejusdem Societatis Theologi suprà relati, ei perversum illum sensum attribuere andeant. Nam disp. 5. de auxiliis num. 14. hac scribit. Advertimus quosdam Theologos in Doilectis principiis desicere, dum arbitrantur hanc propositionem, homo motu à Deo auxilio efficaci, non potest dissentire vocacioni divinæ in sensu composito, nihil aliud significare, quam quod tempore quo illa motio est in homine, ille non potest dissentire, sed necessario converitur; ablata

A *verò motione efficaci*, tunc posit dissentire, & non
converti. Sed isti Auribores non attingunt veram
sensem compositum, sed solum faciunt compositionem auxiliū efficacis cum voluntate creata, non ac-
tem componant auxilium efficacē & actualē res-
istentiam in eodem subiecto, pro eodem tempore;
quam compositionem significat ista proposicio: libe-
rum arbitrium motum à Deo auxilio efficaci al-
consensum, potest dissentire in sensu composto, si-
c ut enim ista proposicio, album non potest esse mi-
grum in sensu composto, non significat quod quan-
do albedo est in homine, tunc non potest esse niger,
ablatā verò albedine, potest esse niger, sed figura-
ficat albedinem & nigredinem esse formas finali-
B incompossibilis in eodem subiecto, ita ut impossibi-
le sit aliquid simul esse album & nigrum, & pro-
pterea est vera proposicio. Ita liberum arbitri-
um motum à Deo auxilio efficaci, non potest dis-
sentire in sensu composto, non significat quod
quando motio efficacia est in homine non potest dis-
sentire si velit, ablatā verò motione efficaci, non
potest dissentire; sed significat has duo esse in-
compossibilitates simul, quod scilicet auxilium efficacē
libero arbitrio, & liberum arbitrium dissentient, &
propterea illa proposicio est vera, quoniam auxilium
efficacē, & actualis resistentia, nec sunt, nec possi-
sunt simul in eodem, quamvis efficacē auxilium finali-
comparatiur secum in eodem arbitrio potentiam ad
C dissentendum si velit, quod sufficit & regnatur ad libertatem. Eodem modo hanc distinctionem
explicas disputat. 94. ubi etiam conqueritur de Authoribus qui oppositum sensum impingunt Thomistis, cùm ab eorum mente sit omnia
alienus.

Item libro 2. Responsonum cap. i. numero 34. *Sensus compositus* (inquit) non est illa qui in argumento insinuatnr, quod videlicet quando gratia efficax est in voluntate, non posse voluntas non agit actu illum ad quem determinatur, ablata vero motione posset non agere. Hic enim sensus **CONECTUS** fuit a **Calvinis**. Et item cap. 4. numero 9. *Calvinus* in eo deceptus est, quia putavit illam propositionem (liberum arbitrium mortali Deo gratia efficaci, non potest diffentire in sensu composito) nihil aliud significare, nisi quod possumus in gratia efficax in voluntate posita est, non posset liberum arbitrium diffentire ac refragari, ablata vero motione posset. Et in hac significacione acciperi tendunt sensum *compositum*, qui nostram sententiam impugnant. Nos autem multò aliter intelligendum esse *compositum* sensum illius propositionis contendimus. Non enim per illam significatur, quod quavis est motio efficax in hominē, tunc non posset diffentire, aut refragari, ablata vero motione posset. Si enim hoc semel concederetur, absque dubio exverteret libertas arbitrii, nec posset per distinctionem illam sūs compōstī & divisi, eiusdem arbitrii libertas concordari cum decreto absoluto voluntatis divina, predeterminantis omnes actus bonos futuros, nec cum efficacia auxiliū praealentis gratie. *Sensus ergo legitimus* illius propositionis in sensu *composito* acceptus: haec duo simul esse incomp̄sibilia, quād nimirum auxilium efficac ad consentiendum sit in hominē, & homo difficiat. Quo nihil clariss & expeditius dici potest.

Similia habet Gonzalez i. p. quast. 19, art. 1, p. disp. 57, num. 4. Hac (inquit) propositio fiam prædeterminatione & prædefinitione divina relativatis de futura paenitentia Petri, Perus potest nos paenitere) in sensu diviso vera est, falsa autem in

senſu compoſitus; quia quamvis ſtante illâ Dei prædeſti-
natione, ab intrinſeca indiſſerentiā ad utrumlibet, ſit
Petrus poterit poſſiblitate cauſe proximâ, non pœni-
tire; tamen nunquam ita continget, ſtante illâ ſu-
pōſitione, & id quod nunquam ita continget, quo-
dam latro ſenſu, dicitur imposſibile; id eſt imposſibili-
tate conditionatâ ſenſu conſequentie, & hoc appellatur
non poſſein ſenſu compoſitus, quod tamen nullatenus
impedit libertatem quantum ad uſum, quia libertas
quantum ad uſum non conſiftit in hoc quod eſt facere
oppoſitum eis quod aliquis facit, ſed in hoc quod eſt
poteſt proxiſe intrinſica indiſſerentiā non impedita,
facere oppoſitum eis quod aliquis facit. Paralogiza-
tur autem arguens ſep̄ in hac materia, dum putat
ſenſum diſiſum in prædicta propoſitione nihil aliud eſ-
t̄, quam quod Petrus poſſit non agere paientiam,
iuncta illa ſuþpoſitione; ſenſum autem compoſitum
egregiū illam non poſſit non agere, ſtante illa ſuþpoſi-
tione. Ex hac autem intelligentia mirum eſt quanta
contra nos inferat, ſingens ſibi hoſtem quem feriat. Hac
autem eſt magna fallacia in explicanda illa vulgata
definitione. Hæc Gonzalez. Eodem planū mo-
do ſenſum compoſitum & diſiſum explicant
omnes alii Thomistæ, tam antiqui, quam re-
centiores; ut videri potheſt in opuſculo de vero ſenſu
compoſitio & diſiſo, ab uno ex studioſis Con-
veniū noſtri Tolozani compoſito, & Parisiſis
imperio anno 1638. Idque ingenuè fatur P.
Amatus, variis in locis, praeterim in libro deli-
berate incoacta, contra Apologiam Janfeni, cap. 1. §. 4. ubi hæc ſcribit: Inde proceſſit error
ſenſi, quid putaverit ſe eodem modo philoſophari
poteſt, quo Thomistæ, cùm tamen diſiſiſima ſint illo-
rum principia: nam Thomistæ cum viuētrice concupiſ-
ſuſ, r. g. ponunt ſufficientem gratiam ad reſiſtan-
dum, ne putant quidquam requiri in altero caſu,
quod habeat rationem principi, & virtutis activa; &
id dicere poſſant, ſimilitatem eſe potentia ad utrum-
que diſiſorum immediate ac proximâ, neque un-
quam ſenſum compoſitum & diſiſum ſic explicuerant,
ut dicerent voluntatem poſſe unum in ſenſu compoſito,
& ſenſu diſiſo, hoc eſt ſucessiſe, atque ex hypotheſe
quod haec mutatio in pre-requiritis, poſſe alterum. Nu-
nquam Thomistæ ita ſenſum illum compoſitum &
diſiſum explicuerunt. Et rurſus in eodem libro
contra Commentatorem cap. 5. §. 1. paginâ
126. Quem invenient Ianjeniani inter Thomistas,
qui concedat ita necessarium eſt quoad exercitium
conſenſum quem voluntas præbat motioni gratia, quan-
dū illa imberet, quomodo necessarium eſt amor bea-
titudinis, quandiu durat viſio? Quem invenient qui
dicunt voluntatem, diuinâ gratia prædetermina-
tam, carere proximâ ad diſſentendum potentia? Quem
dicunt, qui diſtinctionem ſenſu compoſiti &
diſiſiſ interpretetur, ut ſenſus ſit voluntatem à Deo
meam poſſe diſſentire, quandiu illa motione aberit, &
aberrerit alia? Si ergo nullus inter Thomi-
ſtas inveniatur, qui hoc modo ſenſum compoſi-
tum aut diſiſum explicuerit, vel intellexe-
rit, cur Suarez, Leſſius, Molina, Vazquez, Co-
minchus, Meratius, & ali Societatis ſcriptores,
hanc pravam ac perverſam intelligentiam &
explicationem ipiſis attribuunt: ut ſcilicet fin-
gant hoſtem ex palea quem conſigant, & um-
bras ac ſpectra perſequantur, & Thomistis Gal-
vinianum errorem, a quo longiſime diſtant,
polline affingere. De quo fuſe in Apologia Tho-
mistarum.

Ex his ergo habes (Amico Lector) veram &
germanam ſenſu compoſiti & diſiſiſ intelligentiam. Non enim dicitur ſenſus compoſitus &

Tom. II.

A diſiſus, ex eo quod componat aut dividat præ-
motionem à voluntate, & significet quod ea
potiā & retentia voluntas non potest diſſentire,
led tantum eā ſemotā & excuſā: ut perperam
intelligunt & explicant Authores relati. Sed
ſenſus vocatur compoſitus, ex eo quod conju-
gat auctualem diſſenſum cum præmotione, &
conſequenter cum aſſenſu qui ad eam infalli-
bility ſequitur: quod maniſtamt contradic-
tionem involvit. Et diſiſus, ex eo quod ab ea
dividat & ſeparat auctualem diſſenſum, & ſolam
potentiam reſiſtendi ac diſſentendi relinquit,
in quo nulla eſt implicantia aut repugnantia.
Nam ut ait D. Thomas quæſt. 23. de verit. art. 5.
ad 3. Quamvis non eſt effectus divina voluntatis non
poſſit ſimul ſtarre cum divina voluntate, tamen poten-
tia diſſentendi effectum ſimul ſtarre cum divina volun-
tate: non enim ſunt iſta incompoſibilita, Deus vult iſum
ſalvari, & iſe poſteſt dannari; ſed iſta ſunt incompoſi-
bilita: Deus vult iſum ſalvari, & iſe dannatur.
Quod ſub aliis terminis explicat Capreolus, di-
cens quod voluntas habet ſimultatem poten-
tia, id eſt ſimul & ſemel habet potentiam ad
oppoſita, non tamen potentiam ſimultatis,
id eſt non habet potentiam ad oppoſita ſimul
poñenda & verificanda; ita ut tota ſimultaſ
ſe teneat ex parte potentia, non autem ex parte
auctuum oppoſitorum, ad quos potentia ſe ex-
tendit.

B Igitu hæc propositio, Homo præmotus poſteſt 61.
diſſentire, eodem modo explicari debet, quo iſta:
Homo justus poſteſt peccare, qua in ſenſu compo-
ſitu eſt falſa, & in ſenſu diſiſo vera. ſenſus au-
tem compoſitus in hac eſt, quod homo justus
manens justus non poſteſt peccare, ſeu non po-
teſt conjugete peccatum cum ſua justitia: in
quo etiam ſenſu intelligi debet illud primæ Jo-
an. cap. 3. Omnis qui natuſ eſt ex Deo peccatum non
facit: quoniam ſenſum ipſius in eo manet, & NON PO-
TEST PECCARE, quoniam ex Deo natuſ eſt. ſenſus
verò diſiſus, quod homo habens gratiam,
ſimul cum illa habet revera potentiam ad pec-
cadum, quod peccatum ſi poñeretur, deſtru-
ret gratiam; licet nunquam poſſit poñere ſimul
haec duo, & peccatum cum gratia conjugete.
Idem cum proportione de efficaci Dei motione
dicendum eſt: illa enim poſtiā in voluntate, li-
berum arbitrium poſteſt diſſentire in ſenſu di-
ſiſo, quia etiam, prout ſtat ſub tali motione,
ſemper retinet potentiam proximam & expedi-
tam ad diſſentendum; ſicut homo ſub gratia
conſtitutus, potentiam proximam ad peccan-
dum: non poſteſt tamen diſſentire in ſenſu compo-
ſitu, quia cùm talis motione inſerat inſallibili-
ter conſenſum, & ille ſit in eodem instanti tem-
poris cum illa, nunquam poſteſt componi cum
actuali diſſenſu, ſicut nec gratia ſanctificans
cum peccato mortali.

C D Hæc diſtinzione ſic intellecta & explicata, ita 62.
celebris eſt & antiqua, ut D. Thomas quæſt. 6.
de verit. art. 4. ad 8. alſerat, quod illa communi-
nis erat ſuo tempore, eaque communiter uter-
bantur Theologi ad conciliandam libertatem
cum prædestinatione. Dicitur communiter (in-
quit) quod haec Deus poſteſt non prædefinatum præ-
finare, in ſenſu compoſitu eſt falſa, in diſiſo vera; &
ideo omnes locutiones illa que ſenſum compoſitum
implicant ſunt falſa ſimpliſter. Quod etiam re-
petit hīc art. 6. ad 3. ubi ait: Non oportet dicere,
quod Deus poſſit non prædefinare quem prædefina-
vit, in ſenſu compoſito accipiendo, licet absolute conſi-
derando,

derando, Deus posse predestinare vel non predestinare, sed ex hoc non tollitur predestinationis certitudo. Et in Boëtium de consolatione lib. 5. prof. ultimâ ait: *Ista ratio: quod à Deo prævisum est, necessariò evenit, solvitur dicendo, quod verum est necessariò evenit, necessitate conditionata, non necessitate absoluta.* Alii alteri solvunt, quid illa propositio est vera in sensu composito, sed falsa in sensu diviso: unde cùm dicitur quidquid prævisum est, necessariò evenit, verum est in sensu composito: ergo impossibile est prævisum à Deo non evenire; tamen in sensu diviso falsa est, quia eventus rei saltē contingentis, in se non est necessarius.

63. Favet etiam Aristoteles i. de cœlo textu 119. Sedendi (inquit) & stanti simul quis habet potentiam, quia quando habet illam, habet & alteram, sed non sibi ut simul sedat & sit, sed alio tempore, &c. Elench. agens de fallacia compositionis ait: Propter compositionem verò huiusmodi sunt, ut possibile est sedentem ambulare, & non scribentem scribere: non enim idem significat, si dividens quis dicat & componens, quod possibile est sedentem ambulare, & non scribentem scribere; & hoc identidem si quis componat non scribentem scribere, significari potest quod habet potestatem ut non scribens scribat (Ecce sensum compositum quo componitur non scriptio cum actuali scriptione) Si quis autem non componat, quoniam habet potestatem quando non scribit ut scribat. Ecce sensum divisum, quo dividitur non scriptio ab actuali scriptione, & significatur dari potentiam in homine non scribente ut scribat, & vice versa in scribente ut non scribat.

Denique Venerabilis Beda in axiomatisbus Philosophicis ex Aristotele collectis, littera O, sicut habet: *Omnia futura de necessitate evenient i. per hirm. Verum est in sensu composito, non autem in sensu diviso, vel verum est ex hypothesi, non autem simpliciter. Si enim futura sunt, utique evenient necessario. Implicat enim contradictionem eventura esse & non eventura. Non tamen quæcumque eventura sunt, eventura necessariò simpliciter, sive necessitate quadam absoluta.*

ARTICULUS V.

An divinae prædefinitiones, seu decreta ab intrinseco efficacia, quæ à Thomis prædeterminantia appellantur, libertatem tollant, aut lèdant?

64. Elebris est his temporibus hæc controversia: hoc enim saeculo, quod major in divina voluntate statuitur efficacitas, eò minor à quibusdam Recentioribus ponitur in humana libertas, & quod S. Thomas suprà relatus contingit radicem appetat, illi necessitatim causam, & libertatis ruinam ac perditionem esse existimat. Quantum hoc sit à veritate, & à Sanctorum Patrum doctrina alienum, placet breviter hīc ostendere, & difficultem hanc humanæ libertatis cum divinae voluntatis efficacia concordiam, quæ ingeniorum gehenna, & humana mensis Euripus, meritò appellari potest, exponeat; & ostendere quid fructū in ineffabili Incarnationis Mysterio, Dei sapientia, humana divinis, & divina humanis mirabiliter copulavit, tantoque sedere utramque naturam conseruit, ut nec inferiorem consumeretur glorificatio, nec superiorem minueret assumptio; Ita & in prædestinationis Mysterio inscrutabili, ejus omnipotencia

Leo
Papa
Ierom.
I. de
nati-

A liberum nostræ voluntatis consensum, cum invictissima ac insuperabili suorum decretorum efficacia & fortitudine, tam inviolabilis nexu, & tam amicabili vinculo sociavit, ut nec decretorum efficacia arbitrii libertatem lacerat, mutauit, nec arbitrii libertas aut mutabilitas, divinæ voluntatis efficaciam impedit aut retardet.

§. I.

Quibusdam præmissis difficultas resolvitur.

Notandum primò: Duplicem distinguunt Thomistis prædeterminationem: unam aeternam, & in Deo manentem: alteram temporalem, & in creatura receptam. Prima dicitur decretum præterminans, seu divina prædeterminationis, secunda appellatur præmissio vel præterminatio physica, vel gratia efficax, & præterminans; quando movet & applicat voluntem ad actus supernaturales.

Notandum secundò: In his nominibus, decretrum præterminans, præterminatio physica, gratia præterminans: particulam præ non dehinc prioritatem durationis, sive temporis, sed dominat naturæ, seu causalitatis & dependentiæ, quam explicat Aristoteles in postprædicamento in cap. de priori & simul, dum ait, quod illud est prius à quo aliud pendet tanquam à causa, & nihilominus convertitur subsistendi consequentia, ita ut si verum sit unum esse, verum erit etiam & alterum: quomodo causa etiam in actu, est prior suā operatione & effectu, quia licet non possit concipi causa in actu, nisi concipiatur ipsa operatio, & effectus ab illa procedens, nihil minus, quia operatio & effectus dependentiæ causa in actu, id est causa in actu dicitur priori operatione & effectu, prioritate dependentiæ & causalitatis, quæ vocatur etiam prioritatis à quo. Ab hac ergo prioritate dependentiæ seu causalitatis, divinum decretum, secundum Thomistam, denominatur præviuum, seu determinans, ejusque motio & executio, præmissio seu prædeterminatione appellatur.

Notandum tertio: Divinam motionem in creatura receptam, ab eisdem Thomistis physicam appellari, non quod forma naturalis sit, sed per modum naturæ ad unum determinans (abfit) sed quia ex propria essentia, & ab interiori est efficax, independenter à quocunque creatura consensu: quod est esse physicam Theologiam, non Philosophicam. Exemplum tibi dat ipse Thomista, dum docet gratiam physicæ expellere peccatum, non quod exercet oppositionem formæ naturalis seu physicæ; sed quia oppositionem habet cum illo ex sua propria essentia, & ab intrinseco, independenter à quacunque lege extrinseca.

Notandum quartò: nos hīc solum agere de decreto prædeterminante, & aeterna Dei prædefinitione: disputatio enim de prædeterminatione temporali, & gratia efficaci a prædeterminante, non est prætentis instituti, sed pertinet ad Philosophiam, vel ad Tractatum de auxiliis; et tamen quæ hīc de decreto prædeterminante dicimus, facile applicari poterunt physicæ prædeterminationi, & gratiae prædeterminante, quæ sunt ejus vis ac instrumentum, & quæ ab illo fructū radii à sole, rivuli à fonte, & effectus à causa, promanant.

Notandum ultimò: Duplicem solere in nobis & distinguunt libertatem, unam potentialē ac in actu primo,